

INCVNABVL

Qu

41.

KARLOVY VARY

Incun. 41.

6W. 8328 (Wist. 155)

Ludovic

m.



41

Inc.

V Panzer 7. III

- May 155

No. 2492

~~Roma~~  
1.50 lire

Rzym. 25 July 1860.  
Kypressa .. Bottacchi & Figaro  
Via pië del vamico.

1879. A. 618.

IESVS MARIA.

DICTYS CRETENSIS  
DE HISTORIA BELLI  
TROIANI ET DAR  
SES PRISCVS  
DE EADEM  
TROIA  
NA.

— Marian Poniatowski

z biblioteki Suwalskiej Mieka Poniatowskiego

1528 MARII.

DICLIS GRELHES  
THEBRIOTYDELI  
THOMAS LESTAG  
SES PISCAS  
DE EADEM



Inc. Qu. 46.

FRANCISCVS FARAGONIVS MAGNIFI  
eo uiro Bernardo Rictio Messanensi patritio oratori atq;  
poetæ eruditissimo. S.D.

ICTYN Cretensem grauē historicū qui  
apud Troiam sub Idomeneo Cretensium  
rege militauit ex Gnoſo Cretæ oppido gre-  
cum hominē a Septimio uiro romāo oīm  
latina ueste mutatum iussu tuo bibliopolæ  
imprimendum exhibui Bernarde uir pſtā-  
d  
tissime: Tum pro iure quo tibi omnes litterati maxime de-  
bent: q̄ppe qui ob singulares uirtutes tuas de eruditis eru-  
ditissimus optime mereris: Tu q̄ solus prope eſ: qui uni-  
uersas dispersæ uetus statis reliquias ſedulus p̄quirere & ad-  
mirari nō desinis: Interq; muli plices reipublicæ curās non  
intermittis litterarū ſtudia. Proinde historicis poetis: ora-  
toribusq; lexitandis ſucciliuas horas impēdis: Ut non te/  
mere inter primos cuiuscunq; ætatis poetas oratoresq; cō-  
numerari poffis. Eſt tibi præterea in colloquiis affabilitas  
prudentia atq; humanitas: Virtutum es fœcundus: inimi-  
cus uitiorum acerrimus: amicis iucundus ciuibus charus:  
apud omnes es deniq; amabilis. Et quod diſſicilius eſt in  
Croſo uiuis Numam. Eſt tu quoq; unicum totius nobili-  
tatis exemplar: & Rictiorum antiquissimæ: atque genero-  
ſiſſimæ familiæ fulgentiſſimum decus. Sed de his plura  
alias: Accipies interim lœta fronte: ac hilari uultu libel-  
lum: quem ſia Reipublicæ muneribus (quibus iugiter di-  
ſtineris) feriatus perlegeris: mirum ſcriptoris acumen: at-  
gutamque densitatem deprendes. Eſt enim rerum fre-  
quentia creber uerbis pſſus ſermo ſententiaz numero ac

cionibus argutus: quē si tibi cōtubernalem reddideris  
iucūda te historiæ ueritate recreabit: scripsit. n. ea q̄ uidit:  
qbus interfuit: quæ gessit: idem mirifice rei militaris disci-  
plina: aliarumq; reg; multipli uarietate oblectare te pote-  
rit. Nā si astutiam in bello quæris habes Vlyxem: Si p̄stā-  
tiam fortitudinemq; desideras: intuere Achillé: Sicotionā  
di grauitatem poptas: Nestorem p̄culis pone. Nōne de-  
niq; uestigia ac mores illius antiquissimi s̄eculi pernoscere  
& omissis poeticis fabulis historiæ ueritate imbui atq; refi-  
ci iucūdissimū erit: At illud nimiq; in hoc libello anxiū me:  
sollicitūq; detinuit: q; pluribus locis adeo mēdosus erat: ut  
uix s̄esus ullus elici possit. Ego uero p̄ virili pte collatis mul-  
tis exēplaribus & archetypis emaculatissimū reddere nisus  
sum. At hoc nullip̄fecto miq; uideri debet: quū Cōstātin⁹  
Iascaris uir utraq; lingua pitissimus mihi afferuerit: Snpio-  
rū tēporum incuria Dictyn apud græcos: ne qdē inueniri;  
retulit tñ hæc paucula ex Suida afferēte Dictyn cretēsem  
gnosium historicū belli troiāi ephimeriē. i. diurnalē l̄ris pu-  
nicis (qbus uniuersa Græcia tūc utebatur) absoluisse sub  
Idomeno merentē: dein post multū t̄pis apud gnōsō mo-  
numēto terremotu seu uetustate collapsō: reptos libellos:  
acticisq; litteris omutatos Claudio Cæsari Nerōi oblatos:  
demū latine cōuersos. hæc ille. Q uare multū tibi Bernar-  
de uir magnifice studiosi debebunt uniuersi: qui Dictyn lu-  
culentū historiographū tot iā s̄eculis situ squalētez: & uix  
in lucē pdire ausum: nunc solertissime tuis sumptibus: pul-  
chroq; caractere im̄p̄ssum haud difficulter habebūt. Ego  
tandē ne Mineruā erudire ac noctuas athenas deferī uide-  
ar: hic finem faciam: p̄sertim ne p̄bita sit uitupatoribus ob-  
latrāndi facultas: q; obtrectatione alienæ scientiæ sibi famā

Iatrandi facultas: q̄ obrectatione alienæ sciētiæ sibi fama; aucupari: dēteq; theonino aliēa carpe ac edētuli dētatis & oculatis talpæ capreata fronte inuidere solent. Vale togæ sagiq; candidissimum decus: & me quod facias ama.

### EIVSDEM EPIGRAMMA ADEVNDEM.

Ediderat mundo summum pia Creta tonantem:

Dissimilem Dictyn protulit inde ioui.

Olim coelicolum rector nam creditus alter:

Alter terrigenis inclyta scripta dedit.

Dictyos atque iouis numen seu grammata confer:

Hoc abiisse uides: entheas scripta manent.

Sic tu qui nostris decus es Bernarde camoenis

Qui facis ut cunctis Dictys in ore sonet.

Carmina coelicolas testor: si nostra ualebunt.

Viues carminibus sæcula longa meis.

Sunt hæc parua tamen: sunt hæc leuiora fatemur.

Mox maiora dabo: spesq; decusq; uale.

### HEXASTICHON.

Vndeni uersus partem si sumperis imam.

Cum puppi proram iungito amice parem.

Vertice cum summo tracta interiora tonantis.

Tertiaq; octaua syllaba iuncta fiet.

Extremo bisquina tamen si carmine cedat

Auctoris totum syllaba nomen habes.

### TETRASTICHON.

Tarpæi montis templum Dictynna colossus.

Thebæ niliacæ pyramidumque labor

Mausolus Babylon mundi miracula cedant:

Illa soluta iacent: Dictys ad ora uolat.

### DIS TICHON.

Vertice nata dei quondam uelut ægide Sais:  
Gnosida trinacriæ sic tulit arte caput.  
MONOSTICHON.

Ilion obsedit bello gens græca bilustri.

APPENDICVLAE ad Libri interpretationem.

MINOS Louis & Europæ filius Androgeum Ariadnam  
Phedrā Deucalionē & Molū pgenuit: ex Deucalione Ido-  
meneus: ex molo meriōes seu myrion & Idomeneus alter  
nascitur. Itē Tantalus Louis filius genuit pelopem. Pelops  
aut̄ Atreum Thyestem & Plisfhenez: hic uero ex Aeropa  
Agamēnonē & menelaum sustulit: At agamēnō Iphige-  
*Iphigenia*  
*sime Iphigenia*  
*sa.*  
niā siue Iphianassam electrā horestēq; pcreauit. Menelaus  
uero cū Helena genuit Hermionem cuz qua seu cum An-  
dromache Pyrrhus Achillis filius pgenuit molossum: un-  
de molossi populi. Item ex Pleione filia oceani seu danai &  
ex Athlāte nascitur e'ectra quæ peperit ioui Dardanū. hic  
Erichthonium: hic Troem. Tros ilionem ilion Laumedō  
tem ex quo Priamus cui Hecuba Cyssi regis thracum fi-  
lia peperit Creusam Cassandram ilionem Polyxenam Pa-  
ridem Hectorem Helenum Chaonem Troilum Deiphob-  
um Polidorum Politem. Iterum Iuppiter ex taigeta age-  
noris Phœnicum regis filia genuit Lacedæmonez: hic mu-  
sculum uel potius Amic atem: hic Argalum seu Argulum  
ex quo Oebalus pater Tyndari cui Læda peperit Castorē  
Pollucem Helenam & Clitemnestrā. EX Phœnice quo  
que filio seu filia Agenoris pēdet Ledæ atque Hecubæ ori-  
go. Hæc iccirco adiunxi: quia multi incident loci: in qui-  
bus eadem nosse ex usu erit. ARGVmentum pri-  
mi libri. ATREVS ALter (qui fuit Cretensis ditissi-  
mus pater Aeropæ ex Minoe originez trahens qcqd auri

& argenti pecorūq; habuit: nepotibus dīuidendū reliq; rat:  
sed terrarū imperia iussu eiusdem diuisim possidebant Ido  
meneus deucaliōis filius cū merione patruei suo & idome  
neus alter molius. i. Molifilius. Omnes igitur pelopidae ad  
ptiendas iter se Atrei opes Cretam conuenere: inter quos  
Palamedes & menelaus qui etiam sororis fratrīsq; in illa di  
uisione functus ē uice: quū neuter aduēisset. Cūcti deniq;  
apud Cretā benigne suscepiti in europesq; templū deducti  
preciosa operum extictione mirifice sunt affecti contem  
plantes singula quæ ex Sidone patria europeos nobilibusq;  
matronis transmissa magno tum decori erant. PER  
idem tps Paris cum Aenea aliisq; receptus in domo mene  
lai ubi aduertit regem abesse Helenam multasque opes:  
item Aetram & Clymenez menelai affines abstulit. Q ui  
bus cognitis menelaus cum coniugis: tum affinium iniu  
ria torquebat: quem Plamedes solatus nauem con scende  
re facit: paucisque diebus spartam tenuere: quo Agammē  
non & Nestor: cunctique ex origine Pelopis conuenerant  
Legatur tandem ad troiā Palamedes Vlysses & menelaus  
ut abrepta repeterent: quumq; Palamedis oratio troianos  
permoueret: Priamus eius sermo nez interruptus inqens nō  
esse æquum insimulare eum qui absit. Nam Paris nondūz  
ad troiam peruererat: sed eadē qua apud Sparten ushs cu  
piditate sidoniorum regem suū hospitē obtruncarat cun  
ctamq; domū abstulerat. Igitur paridis aduentu cōmota ci  
uitas facinus detestabatur: Priamus pinde anxius (dimissis  
filiis reddendā esse Helenam negātibus) cōuocat seniores:  
at filii cōciliū irrumpunt multosq; obtruncat. His pactis  
Priamus hortatu Hecubæ helenam adiūt quæ afferens suā  
originem ad Priami & Hecubæ genus p̄tinere eorundem

fidei flens se cōmēndat. Priamus deniq; nō amplius differē  
dos legatos ratus Helenā in cōciliū corā legatis adduxit;  
quæ interrogata respondit nō inuitā nauigasse seq; potius  
Paridiq; Menelao conuenire. Q uibus auditis legati mina  
bundi digrediuntur; quis reguli eos necandos ne ad belluz  
graciā concitarent statuissent tamē duce Antenore dimi-  
tuntur illes; puenientesq; Spartā Helenæ uolūtate filioruz  
Priami scelus Antenorisq; hospitium exponūt. Q uas ob  
res Diomedis regnum in quo de apparatu belli agatur eligi  
tur; ubi deinde cūcti græciæ p̄cipes ceso porco a Calchā te  
iurant inimiciā contra Priamum: Inde cunctis suffragiis  
Agamēnon rector omniuz declaratur; ducesq; nauiu Achil-  
les Ajax & Phœnix constituūt: Campestri exercitui Pa-  
lamedes p̄ponitur cum Diomede & Vlyxe: Postea descri-  
bitur nauium. M.cc.lxxxviii. catalogus ad aulidē conflue-  
tiū. Sed quū ibi Agamēnō ceruā seu capreā Dianæ inscius  
interfecisset pestisq; ob id inualisset exercitum tandem mul-  
ier deo plena respōdit nō posse s̄edari pestē nisi Agamēnōis  
filia Dianæ immolare abnuēteq; Agamēnōe Vlyxes falsis  
litteris tāq; ab eodem ad uxorē missis Iphigeniā aſportauit.  
At in tēplo orta tēpeſtate audita uox ē deā aspernari tale ſa-  
crificiū qn̄ poti⁹ immolarēt qd̄ oblatū in uirginis uicē respi-  
cerēt dein ceruā ſubito uifā imolat: Cūcti q; ſædata tēpeſta-  
te ingēti lætitia ex aulide nauigarūt nauesq; eorū Anius rex  
& eius filiæ qbus a baccho eōcessum fuit ut q̄cqe ipſæ tāge  
rēt uerterefī uinū triticū & oleū unde dictæ ſūt cenotropæ  
q̄uertentes omnia in nouas species cibariis expleuerunt.

EIVSDEM EPIGRAMMA AD EVNDEM.

Phœbigenam precibus mouit Dictynna sub orcum  
Missum Theseidem reddidit ille deæ,

*filia amy regis*

Asteris Euganeo precibus concessa poetæ  
Diua Cupidineo numine uicta parens.  
Vota Midæ supplicis Bacchus perfecit in auro:  
Atq; Anii natas surgere iussit aues.  
Asterien pelagi fundo traxere sororis  
Latona<sup>c</sup> (placido uixq; tonante) preces.  
Persephone superis numen partitur & imis  
Effectum hoc Cereris supplice uoce deæ.  
Morte pugil uitæ fratri largitur honorem  
Altera precibus sydus utruncq; poli.  
Dictyos assiduis dum poscis grammata uotis  
Vicisti O quantum uota precesq; ualent.  
Nam sine labe tuum munuscula parua libellum  
Mittimus & iugas perlegis ante meas.  
Quæ si non sordent quamuis leuiora uidebis  
Te duce pyeriis tendere ad astra modis.  
Te sine Castalias frustra tentabimus undas:  
Nec sine te nobis dexter Apollo fauet.  
Iamq; uale & pilii superes modo Nestoris æuum  
Longaq; Cumanæ sæcula uatis agas.

PROLOGVS SEPTIMII ROMANI VIRI ELO  
Q VENTISSIMI IN DICTYN CRETENSEM  
GRAVEM HISTORICVM E GRAECO INLA  
TINVM AB EODEM CONVERSVM.

Septimius Q uinto Aradio. S.D.

PHIMERIDEM belli troiani Dictys Creten-  
sis (qui in ea militia cum Idomeneo meruit) con-  
scripsit litteris punicis: quæ tum Cadmo & Age-  
nore auctoribus p græciam frequetabant. Dein  
post multa sæcula collapso per uetusatem apud gnoson-

(colim Cretensis regis sedem) sepulchro: eius pastores qui  
eo deuenissent forte inter cæteram ruinam loculum stag-  
no a fabro clausum offendere: ac thesaurum rati mox dis-  
soluunt nō auruz nec aliud qcq; prædæ sed libros ex philyra  
in lucem producturi. At ubi spes frustrata est ad Praxim  
dñm loci eos deferunt: qui commutatos litteris acticis (nāz  
oratio græca fuerat) Neroni romano cæsari obtulit: p quo  
plurimis ab eo donatus ē. Nobis quū in man⁹ forte libelli  
uēissent audis ueræ historiæ cupidio incessit ea uti erāt lati-  
ne differere magis cōfisi ingenio ut otiosi animi desidiā dis-  
cuteremus. Itaq; prior⁹ quinq; uoluminū q̄ bello cōtracta  
gestaq;sūt cūdē numer⁹ seruauim⁹: Residua qdē de redditu  
græco⁹ quinq; i unū redigim⁹: atq; ad te misim⁹ tu Ruf  
fine mi⁹ ut par est faue cœptis atq; in legendō dietim.

## LIBER PRIMVS DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI TROIANI.

VNCTI reges qui Minois Ioue geniti  
pnepotes græciæ imperitabant ad diui-  
dēdas inter se Atrei opes Cretam cōue-  
nere. Atreus namq; ex Minoe postrēa  
sua ordinans qcqd auri atq; argenti pe-  
corum etiam fuit nepotibus quos filiæ  
genuerāt ex æquo diuidēdū reliquerat  
excepto ciuitatū terrarūq; imperio. Hæc q̄ppe Idomeneus  
cum Merione Deucalionis Idomeneus alter Molius iussu  
eius seorsum habuere. Cōuenere autēz Clymenæ & Nau-  
plii filius Palamedes & Aeas Dictys ex Crctæ ida: Itez Me-  
nelaus Aeropa & Plissthene genitus a quo Anaxibœa so-  
ror (quæ eo tempore Nestori denupta erat) & Agamēnō  
maior frater: ut uice sua in diuisiōe uteretur petiuerāt. Sed

Idomeneus  
Merion.

hi non Plisthenis ut erant magis q̄ Atrei dicebantur: ob eā  
causam q̄ quū Plisthenes admodum paruuſ ipſe agens in  
primis annis uita functus nihil dignū ad memoriam nominis  
reliq̄ſſet Atreus miseratioē ætatis secū eos habuerat necp  
minus q̄ regios eduauerat: In qua diuisione singuli pro no  
minis celebritate inter ſe quifq; magnifice trāſlegere. Adeo  
re cōgnita om̄nes ex origine Europæ (quæ i ea iſula ſūma  
religione colitur) confluunt: benigneq; ſalutatos in tem  
pluſ deducūt: Ibi multaꝝ historiarū more patrio immola  
tione celebrata exhibentelq; epulas large magnificeq; eos  
habuere. Itemq; inſecutis diebus reges græciæ & ſi ea quæ  
exhibebātur magnifice cum lætitia uſcipiebant: tñ multo  
magis templi eius magnifica pulchritudine preciosaq; ex  
tructione operum afficiebātur: inspiciētes repetentesq; me  
moria ſingula quæ ex ſidone phœniciaꝝ patria eius atq; no  
bilibus matronis transmissa magno tuꝝ decori erāt. **PER**  
*helenā rapū*  
idem tempus Alexander phrygius Priami filius cū Aenea  
aliſq; ex consanguinitate comitibus Spartæ in domū Me  
nelai hoſpitio receptus: indigniſſimuz facinus perpetraue  
rat. Is namq; ubi animaduertit regez abeſſe q̄ erat Helena  
precæteris græciæ foeminiſ memoranda ſpecie amore eius  
captus ipsam multaſq; opes domo eius aufert: Aetram  
quoq; & Clymenam Menelai affines quæ ob necessitudi  
nem cum Helena degebant. Postq; Cretam nuntius uenit  
& cuncta ei quæ ab Alexandro aduersus domum Menelai  
cōmilla erant aperuit: p omnē iſulam (ſicut in tali re fieri  
cōuenit) fama in maius diuulgatur: expugnatam quippe  
domum regis euersumq; regnum & alia in talem modum  
ſinguli diſlerebāt. Q uibus cōgnitis menelaus & ſi abſtrac  
tio cōiugis animū pmoquebat multo amplius tamē ob iniu

riam affiniuz<sup>z</sup> quas supra memoramus) cōsternebatur  
Quod ubi aduertit Palamedes regē ira atq; indignatōe  
stupefactū concilio excidisse: ipe naues parat: atq; oī instru  
mēto compositas terræ applicat: deinde pro tpe regē breui  
ter cōsolat: positis etiam ex diuisione q in tali negocio tem  
pus patiebatur: nauē ascendere facit: Atq; ita uentis ex sen  
tentia flantibus: paucis diebus spartam peruenere. Eo iaz  
Agamemnō & Nestor: omnesq; qui ex origine Pelopis in  
græcia regnabant cognitis rebus confluxerāt. **IGITVR**

*legati Troiā mitūt*  
postq; Menelaum aduenisse sciūt: omnes in unum coeunt  
& q̄q; atrocitas facti ad indignationez multasq; iniurias ra  
piebat: tamen ex consilii sententia legantur prius ad troiāz  
Palamedes Vlysses & Menelaus: hisq; mādāt uti conque  
sti iniurias: Helenam & q cum ea abrepta erant repeterēt.  
Legati paucis diebus ad troiam ueniūt: neq; tñ alexandrū  
in loco offendere. Tū nanq; pperatione nauigii inconsulte  
usum uēti ad Cyprum appulere: unde sumptis aliquot na  
uibus phoenicem delapsus: sydoniorū regem qui eū ami  
ce susc̄perat: noctu insidiis necat: eadem qua apud lacede  
moniā cupiditate uniuersam domū eius in scelus propriū  
conuertit: ita oīa q ad ostētationē regiæ magnificētiæ fue  
re indigne rapta ad naues deferri iubet. Sed ubi ex lamēta  
tione eorum: q casum domini flentes reliq p̄dæ aufugerāt  
tumultus ortus est: populus omnis ad regiam concurrit:  
Inde q iam Alexander abreptis q cupierat abscissionem p  
perabat: paruo tempore armati ad naues ueniūt: ortoq; in  
ter eos acri p̄lio: cadūt utrinq; plurimi: quum obstinate hi  
regis necem defenderent: hi ne amitterent partam p̄dam  
summis opibus anniterent: incensis dein duabus nauibus  
troiāi reliquas strenue defensas liberant: atq; ita fatigatis

*Sydoniorū rex intr  
ficitur.*

iam prelio hostibus euadūt; INTERIM apud troiam legatorum Palamedes cuius maxime ea tempestate domi bellicq; consilium ualuit Priamum adiit; conductoq; concilio; primuni de Alexandri iniuria conqueris exponens communis hospitii euersionem; Dein monet quantas ea res inter duo regna similitates concitatura esset interiaciens memoriā discordiarum Ilii & Pelopis aliorumq; qui ex causis similibus ad internitionē usq; gentium perueissent: Ad postremū belli difficultates contraq; pacis cōmoda astruit; non se ignorare ait quātis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret; ex quo auctores iniuriæ ab oībus derelictos impietatis supplitia subituros. Et quum plurima dicere cuperet; Priamus medium eius interrūmpē seruonem parcus quæso Palamedes iāquit iniquum etenim uidetur insimulari eum qui absit maxime quum fieri possit ut si qua criminose obiecta sint præsenti refutatione diluantur. Hæc atq; alia eiusmodi inserens differri querelas ad adventum Alexandri iubet; uidebat enim singuli qui in eo cōcilio aderant Palamedis oratione mouerentur; ut taciti uultu tamen admissum facinus condēnarēt quum singula mihi genere oratōis exponerentur; atq; in sermōe græci regis inesset quædam pmixta misera tioni uis. Atq; ita eo die cōciliu mdirimitur; sed legatos Antenor uir hospitalis & præter cæteros boni honestiq; sectator; domum ad se uolētes deducit. INTERIM paucis diebus Alexander cum supra dictis comitibus reuertitur Helenam secum habens cuius aduētu tota ciuitas quum partim exēplū facinoris execratur alii iniurias in Menelaū admissas doleferēt nullo omnium approbante postrēo cunctis indignatibus tumultus ortus est. Quibus rebus anxius Priamus filios conuocat

Hospitio suscipit legatos  
Antenor.

eosq; quid sup tali negotio agendum uidere cōsulit: q; una  
 uoce minime reddendam Helenā respōdent: uidebāt q; ppe  
 quantæ opes cū ea adductæ essent quæ uniuersa si Helena  
 traderet amitterent. Præterea cōmoti forma mulierū quæ  
 cū Helena uenerant nuptias sibi singularū iam animo des-  
 tinauerār: quippe lingua moribusq; barbari nihil pensi aut  
 cōsulti faciētes præda atq; libidine trāsuersi agebant. Igitur  
 Priamus relictis his senes cōducit sentētiæ filiorum aperit  
 deinde cunctos qd agendum esset cōsulit: sed priusq; ex mo-  
 re sentētiæ dicerent reguli cōcīlīum repēte irrūpunt atq; in  
 cōdītis moribus malum singulis minitantur si aliter q; ipsis  
 uideretur decernerent. INTERIM oīs populus indigna-  
 admissam iniuriā: atq; in hūc modū multa alia cū execrati-  
 one reclamabat: ob quæ Alexāder cupidine animi præceps  
 ueritus ne quid aduersum a popularibus oriretur stipatus  
 armatis fratribus: impetū in multitudinē facit: multosq; ob-  
 truncat: reliqui interuētu proceræ qui in cōcilio fuerāt duce  
 liberantur antenore. Ita infectis rebus populus cōtemptui  
 habitus non sine pnitie sua domū discessit. Dein secuta die  
 rex hortatu Hecubæ Helenam adiit eamq; benigne salutās  
 bonum animum utigeret hortatur: quæ cuiusq; esset re-  
 quirit. Tum illa Alexandri se affinem respondit magisq; ad  
 Priamum & Hecubā q; ad Plisthenis filios genere p̄tinere  
 repetens originem omnem maiorum. Danaum enim atq;  
 Agenorem & sui & Priami generis auctores esse: Nāq; ex  
 Pieione danai filia & Athalante Electram natam quam ex  
 Ioue grauidam Dardanum genuisse: ex quo tres deinceps  
 insecuri reges Illi: Agenoris porro Taigeta m̄ eam ex Ioue  
 habuisse Lacædemonē: ex quo Musculum natum & ex eo  
 Argalum patrem Oebaliquem Tyndari: ex quo ipsa geni-

Priamus Helenā  
adīst:

ta uideretur) patrem constaret: repetebat etiā cūz Hecuba  
materni generis affinitatem: Agenoris quippe filiuz Phoe-  
nicem & deinde Hecubæ & Ledæ cōsanguinitatis originē  
diuisisse. Quæ postq̄ memoriter cūcta retexuit ad postre-  
num flēs orare ne se( quæ in fidem semel illorum recepta  
esset) prodendam putarēt: ea secum de domo menelai ap-  
portata quæ propria fuissent nihil præterea ablatum. Sed  
utrum in modo amore Alexandri an pœnarē metu quas  
ob desertā domū a cōiuge metuebat ita sibi cōsulere malue-  
rit parum constabat. IGITVR. Hecuba cognita uolūtate  
simul ob generis cōiunctionē cōplexa Helenam ne pderet  
sūmis opibus anitebat. Quum iā Priamus reliqui reguli  
non amplius differēdos legatos dicerēt nec resistēdum po-  
pularium uolūtati: solo omniū Deiphebo Hecubæ assenso  
quæ non aliter q̄ Alexādrum Helenæ desideriū a recto cōsi-  
lio ppediebat. Itaq; quum obstinate Hecuba nūc Priamū:  
modo filios deparetur: nec a cōplexu eius ullo modo: ulla  
ratiōe diuelli posset: omnes q̄ aderant in uolūtatē suā tradu-  
xit: ita ad postremū bonū in publicū materna gratia est cor-  
ruptum. Deinde posterodie Menelaus cū suis in cōtionem  
uenit coniugē & quæ cū ea abrepta esset repetēs. Tūc Pri-  
amus inter regulos mediis astans factō silētio optionē He-  
lenæ) quæ ob id in cōspectū populariuз uenerat) offert si ei  
uideret domū ad suos regrediendi: quaz fūerūt dixisse neq;  
se inuitam nauigasse neq; sibi cū Menelai matrimonio cōuc-  
nire: itaq; reguli habētes Helenā nō sine exultatiōe e conti-  
one discedunt. HIS ACTIS Vlyxes cōtestādi magis gra-  
tia q̄ aliquid ex oratione p̄moturus cuncta quæ ab Alexādro  
cōtra graciā indigne cōmissa essent retexuit ob quā iniuriā  
ultionē breuiter testatus est. Deinde Menelaus ira pculsus

atroci uultu exitiuū minitatus cōcīlīum dimitit: quæ ubi ad  
Priamidas plāta sūt cōfirmāt ī terse clā ut p̄ dolum legatos  
circumueniāt: Credebāt q̄ppe (quod non frustra eos cōsi-  
līum habuit) si legati imperfecto negotio r̄euertissent fore  
uti aduersum se grande praeliū cōcitaretur. Igitur Antenor  
(cuius de sanctitate morū supra memorauim⁹) Priamuʒ  
cōuenit cōiurbationēq; factā conqueritur filios quippe eius  
nō legatis sed aduersum se insidias parare neq; id se passuȝ:  
Dein non multo post legatis rem aperit ita exploratis om̄  
nib⁹ adhibito p̄silio qum p̄mū opportunū uisum ē iuio  
latos eos dimitit. DVM HAEC apud troiā agūtur disce-  
minata iā p̄ uniuersam grāciā fama omnes pelopidae ī unū  
conueniūt: atq; iterposita iusiurādi religione (ni Helena cū  
abreptis redderetur) bellū se Priamo illaturos cōfirmant.  
Legati lacēdemonia redeūt de Helena eiusq; uoluntate nar-  
tant: Dein priami filiorumq; eius aduersuz se dicta gestaq;  
grande preconiū fidei erga legatos Antenoris pr̄ferentes  
Quæ ubi accepere decernit uti singuli in suis locis atq; im-  
periis opes belli parent. Igitur ex cōsilii sentētia oportunus  
locus ad cōueniēdum & in quo de apparatu belli ageretur  
argi Diomedis regnum deligitur. Ita ubi temp⁹ uisum est  
primus omniuʒ igenti nomine uirtutis atq; corporis. Ajax  
thelamonius aduenit cū eo Teucer frater. Dein haud mul-  
to post Idomene⁹ & Metiones sūma ī terse iūcti cōcordia:  
eorum ego secutus comitatū ea qdem quæ antea apud tro-  
iam gesta sunt ab Vlyxe cōgnita q̄ diligentissime retuli. re-  
liqua quæ deinceps insecura suut (qm̄ ipse interfui) q̄ ueris-  
sime potero exponam. IGITVR post eos quos supra me-  
morauimus Nestor cum Antilocho & Thrasimede (quos  
ex Anaxibœa suscepere) supuenerit: eos Peneleus isecut⁹

*Catalogus coniunctiū  
adūsus troiāq;*

*BB. 1. 109*

tum Leiro & Archesilao cōsanguineis; Dein Prothenor &  
Clonius Boetiae p̄ncipes. Itemq; Schedius & epistrophus  
phocenses aschalaphus & lalmenus Orchomenii; tū Dio  
res & Meges phyleo genitus: thoas ex andtæmone eury/  
pylus euemonis orchomenius & Leontheus. post quos  
achilles pelei & thetidis qui imbutus bellis ex chirone dice  
batur: hic in primis adolescentiæ annis pcerus decora facie  
studio regi bellicarum oēs iam tū uirtute & gloria supabat  
Neq; tñ aberat ab eo uis qdā incōsulta & effera mortū ipati  
entiam: cū eo Patroclus & phoenix. alter pp conjunctione<sup>z</sup>  
aicit<sup>z</sup>; alter custos atq; rector eius. Ile polemus dein & eu  
traphates insecuri sunt: Phidippus & Antiphus insignes  
armoy specie auro hercule. Post hos protelaus Iphicli cū  
podarce fratre affuit: & eumelus pheræus: cuius pater Ad  
metus quōdani uicaria morte cōiugis fata prop̄a ppulerat  
Podalyrius & Machaon thracenses Aesculapius genitiacci  
ti ad id bellum ob solertiā medicæ artis. Deinde pæantis fili  
us philoctetes qui comes Herculis post discessum eius a di  
is sagittas diuinæ industriæ p̄mium cōsecutus ē. Nire<sup>9</sup> pul  
cher ex Syme: Ex athēis Menestheus & ajax Oili ex locri  
de: ex Argis Amphilochus amphiara: & Sthelen<sup>9</sup> Capa  
nei: & cum his Eryalus Mecistei. deinde ex Aetholia the  
sandrus polinicis. postremo omnium Demophoon atque  
achamas fuere: cūcti ex origine pelopis. Sz eos quos supra  
mēorauimus: plures alii ex suis quisq; regionibus pt̄i ex re  
gū comitibus alii ipsius regni p̄ticipes insecuri sunt: quorū  
nomina singulatim expōere haud necessariū ē. IGI TVR  
ubi argos oēs uenere. Diomedes hoplitio cunetos recipit  
necessariaq; p̄bet. Deinde Agamēnon grande: auri pōdus  
Mycoenis apportatū p̄ singulos disp̄t̄ies promptiores aios

*Jurant se troianos  
primos grati.*

oium ad bellum quod parabatur facit. Tū cōmuni cōsilio  
sup cōditione belli iusurādū interponi hoc modo placuit  
Chalcas Nestoris p̄scius futuroꝝ porcū marē in mediū fo-  
rum asserri iubet; quē in duas partes extentū oriēti occidē-  
tiq; diuidit; atq; ita singulis nudatis gladiis per mediū tran-  
sire iubet; deinde mucronibus sanguine eius oblitis adhi-  
bitis etiam aliis ad eam rem necessariis inimicitias sibi cum  
Priamo p̄ religionem cōfirmat; neq; prius se bellū desertu-  
ros q̄ Iliū atq; oē regnū cruissent; Q uibus pfectis atq; lau-  
te Martem atq; Concordiam multis immolationibus si-  
bi adhospitauere. Deinde in templo Iunōis argiuæ recto  
rem oium declarari placet; Igitur singulis in tabellis: quas  
ad deligendum belli p̄ncipem quem cuiq; uideref accepe-  
rant punicis litteris nomē Agamēnōis designant. Ita con-  
sensu oium secundo rumore summā beli: atq; exercitus i-  
se suscipit; qd̄ eippter germanum: cuius gratia id parabat  
bellum. & pp magnam opum uim qbus p̄ter cāteros grā-  
ciæ reges magnus atq; clarus hēbatur: merito acciderat.  
Dein duces p̄fectosq; nauium Achillem Aiacem Phœ-  
nicemq; destinant; p̄xponitur etiam cāpestri exercitui Pa-  
lamides cum Diomede & Vlysse; ita ut inter se diuturnas  
vigiliarumq; uices dispartiant. His peractis ad parandas  
opes atq; instrumēta militiæ singuli in sua regna discedūt.  
Interim belli studio ardebat omnis grācia; arma; tela; equi  
naues; atque hēc omnia toto biennio p̄xparantur; quin  
iuuentus partim sua spōte alii æqualium ad gloriam æmu-  
latione cōmuniis militiæ festinarent. Sed inter hēc sūma  
cura uis magna nauiuꝝ p̄cipue fabricatur; scilicet ne mul-  
ta milia exercituū undiq; usum i unum collecta incuria na-  
vigandi tardarentur. I GIT VR peracto biēnio ad Aulida.

*Achilles. Aine.  
et phœnix.  
palamides diomedes.  
et vlysse.*

boetiæ; nam is locus delectus fuerat singuli reges pro fa-  
cul-tate opum regniqp instructas classes promittunt. Ex qbo  
prominus Agaménon ex Mycoenis naues cétum; aliasqp sexa-  
ginta quas ex diuersis ciuitatibus quæ sub eo erat constru-  
xerat Agapenoré præfecit. Nestor nonaginta nauium istru-  
ctæ classem. Menelaus ex omni Lacedemone naues sexagi-  
ta. Menestheus athenis quinquaginta. Elephenor ex Eu-  
boia trigita. Ajax thelamonius salamina. xxxxi. Diomedes  
lxxx. nauium classem. Aschalaphus & Ialmenus Orchome-  
nii naues. xxx. Oileus ajax. xii. Itēz ex omni boetia Arche-  
silaus Prothenor; Peneleus Leitus; Clonius naues qunqua-  
ginta. Ex Phocide Schedius & Epistrophus. xxxx. Dein  
thalpius & Diores cum Amphimacho & Polyxino ex eli-  
de aliisqp ciuitatibus regiōis eius naues. xxxx. Thoas ex ætho-  
lia. xl. Meges ex dulichio & ex insulis echinadibus. xl. Ido-  
meneus cuz Merione ex one Creta classem nauium. lxxx. Ex  
itacha Vlyxes. xii. prothous magnes. xl. Tlepō emus ex rho-  
do aliisqp insulis quæ circa eam erant. octo. Eumelius. xi.  
Ex pelasgicis. l. Nireus ex Syme tres. Podarces & Prothesi-  
laus ex philaca aliisqp qbus præerant locis naues. xl. Podaly-  
rius & Machaon. xxx. Philoctetes ex methone; aliisque ci-  
uitatibus naues septem. Eurypilus orchomenius. xlvi. Gu-  
neus. xx. Leonteuſ & polipœtes ex suis regionibus. xl. Ex i-  
sulis nisyro Caprate. coo. Eutraphrates Antiphus & phi-  
dippus. xxx. Thesandrus Polinicis quem supra memorau-  
imus ex Thebis naues. l. Calchas ex archadia. xx. Mopslus  
ex colophona. xx. Epeus ex insulis cycladibus. xxx. easqp ma-  
gna ui frumenti; aliis quoqp necessariis cibi gratia replent;  
Quippe ita ab Agaménone mandatuz acceperat; scilicet  
ne tata uis militum necessariorum penuria fatigaretur. Ig-

Agapenor.  
Catalogus nauium  
gradiꝝ. 1296

*Sarpedo*

tur inter tantum classium apparatus equi atq; currus bellici locorum conditione multi; sed pedestris militis pars maxima; ob eā causam qd p omnē græciā multo maior egestate pabuli eqtatus usus prohibetur. Præterea fuere multi qui ob artis peritiam necessarii nauium apparatus credebātur. PER IDEM tempus Lytius Sarpedō neq; pcio neq; gratia Phalidis sidoniorū regis allici potuit ut virtutis societatem militiæ nostræ aduersus troiāos sequeret: quippe quē iaz Priamus donis amplioribus iisq; postea duplicatis fidis simū sibi retinuerat. Omniū autē classiu3 numerus (quē ex diuersis græciæ regnis cōtractū supra exposuit) (toto qn quēniō iſtruct⁹ pparatusq; ē. Ita quū nulla iā res pselectionē nisi absentia militis retardaret: Cūcti duces ueluti signo dato uno atq; eodem tempore aulidā cōfluūt. Interim in ipsa nauigandi festinatione Agamēnon (quem a cunctis regez omniu3 declaratū supra docuimus) longius paulo ab exercitu progressus forte cōspicit circa lucum Dianæ paſcentes capræ imprudensq; religionis (quæ in eo loco erat) iaculo transfigit: Neq; multo post ira Dianæ ob mutationē aeris corporibus pteatatis lues inuadit: atq; interim indies magis magisq; lœuiēs multa milia fatigare & p̄miscue pecora atq; exercitum grauari: prorsus nullus funeri modus neq; requies uti quicq; malo obuiu3 fuerat uastabat. Quibus rebus solliciti. ducibus mulier quædam deo plena Dianæ iram fatur: Eam nāq; ob necem capræ qua maxime lœta batur (sacrilegii poenas ab exercitu expetere: nec leniri priusq; auctor tati sceleris filiā natu maximā uicariā uictimam immolasset. Quæ uox ut ad exercitu3 uenit omnes duces Agamēnonē adeūt: eum quippe primo orare recusantēq; ad postremū cogere uti malo ob uiam properaret. Sed ubi

*Captia Diana  
ab agamēnonis  
Inseio religiosis  
occiditur.*

obstinate renuere uident; nec ulla ui queunt flectere; pluri  
mis conuitiis insecuri ad postremū regio honore spoliaue  
re; ac ne tāta uis exercitus sine rectore profusius ac line mo  
re militiæ uagare; p̄ficiunt ante omnes Palamedem; Dein  
Diomedem & Aiacem Thelamonium; quartum Idome  
neum. Ita per æquationem numeria tque partiuz quadri  
partitur exercitus. Neq̄ interim ullus finis uastitatis; tum  
Vlyxes simulata ex paruicacia Agamēnonis itacundia ob  
id domū demigrationem confirmans magnum atq̄ inspe  
rabile cunctis remedium excogitauit; prefectus nāq̄ My  
cenas nullo concili participe falsas litteras tanq̄ ab Agamē  
none ad Clytēnestrā perfert; quarum sententia hāc erat  
Iphigeniam( nā ea maior natu erat; desponsatam Achilli;  
cumq̄ non prius ad Troiam prefecturum q̄ promissi fides  
impleretur; ob quæ festinaret; eamq̄ & q̄ nuptiis usui eēnt  
mature mitteret. Præterea multa pro negotio emērito ar  
gumento locut⁹ fidem fecerat; Q uæ ubi accæpit Clytem  
nestra tum pp̄ gratiam Helenæ; tum maxime q̄ tā celeber  
timi nominis uiro filia traderetur; lāta Iphigeniam Vlys  
si cōmittit. Isque confessō negotio paucis diebus ad exer  
citū reuertit; atq̄ ex improviso in luco Dianæ cū uirgine cō  
spicitur. Q uibus cognitis Agamemnon affectione pater  
næ pietatis motus; ne tam illico immolationis sceleri inter  
esset; fugam parat. Eumque re cognita Nestor lōga ex pas  
sus oratione; ad postremum in suadendi genere; in quo  
præter cæteros græciae uiros iocundus auctusque erat) ap  
posito cohibuit. Interim uirginem Vlyxes & Menela⁹ cuz  
Calchante( quibus id negotium datum erat) remotis pro  
pe omnibus sacrificio adornant. Q uum ecce dies tœdari  
& cœlū nubilo teg i cœpit. Dein repete tonitrua coruscatio

fugā parat agamē  
mno n̄. filii' in  
lātione' cerneret,

nes: fulmina & præterea terræ marisq; ingēs motus atque  
ad postremum confusione acris ere p̄um lumen: neq; mul-  
to post imbrium atque grandinis uis magna præcipitata: i-  
ter q̄ tamen est terræ nulla requies tempestatis: Menelaus  
cum his qui sacrificium curabant: metu atque hæsitatione  
in diuersa agebatur: terrei quippe primo subita cœli p̄mu-  
tatione: idque signum diuinum credere: Dein ne cœptum  
omitterent detimento milituz commoueri. IGITVR in  
ter tantam animi dubitationem uox quædam luco emissâ  
aspernari numen sacrificii genus: & ob id abstinendum a  
corpo virginis misereri nanq; eiusdem. Cæterum protâ  
to facinore satis poenarum Agamemnoni a coniuge eius  
post troianam uiatoriam comparatum: itaque curarent id  
quod inuicem virginis oblatum animaduerterent immo-  
lare. Deinde cœpere uenti atque fulmina aliaque quæ si ma-  
gno cœli motu oriri solent concrescere. SED Q VVM  
hæc apud lucum aguntur: Achilles litteras seorū missas  
sibia Clytemnestra cuz auri magno pondere accipit: in q  
bus ei filiam atq; oēm domū cōmendauerat. Q uas postq  
perlegerat & Vlyxis consilium patefactum est: omisis oī-  
bus propere ad lucum pergit: magna uoce: Menelaum &  
q cū eo erant iclamās ab inquietudine Iphigeniæ cohiberet  
se cominatus pniciem oībus nisi paruisserent. Mox atto-  
niti his atq; stupefactis ipse superuenit: reformatoq; iā die  
virginem abstrahit. Interim deliberatibus cūctis quidnā &  
ubi esset q̄ imolari iuberetur: cerua forma corporis admi-  
randa ante ipsam arā intrepida consistit eam p̄dictā hostiā  
rati oblatāq; diuinitus comp̄hēdere: moxq; imolant. Q ui-  
bus pactis sædata lues instarq; æstui tpis coelū reseratum  
est. Cæterum virginē Achilles atq; hi qui sacrificio p̄fuerent

clam omibus regis cytar̄ qui eo tpe aderāt cōmendauere  
At ubi duces sedata ui mali animaduertere uentor̄ flatus  
nauigandi prosp̄eros atque æstiuā maris faciem om̄es l̄eti  
Agamēnonem adeunt: eūque interitu filiæ p̄mōstū cōso  
lati honoř regni rurū cōcelebrāt: q̄ res pgrata atq; accepta  
p̄ exercitū fuit: eū q̄ppe optimū consultorē suū quē non se  
cus q̄ parentē miles om̄nis pcolebat. Sed Agamemnon si  
ue eoꝝ quæ pcesserant satis prudens siue humanaꝝ retuꝝ<sup>z</sup>  
necessitatē aio reputans. & ob id aduersus iſ fortunia fir-  
missimus: dissimulato quod ei acciderat: honorem suscipit  
atq; eo die duces omnes in cōuiuum ad se deducit. Dein  
multis post diebus exercitus ordinatus per duces (quum  
oportunū īā tēpus nauigandi ingrueret) ascendit naues re-  
pletas multis p̄ciosissimis rebus quæ ab incolis regiōis eiꝝ  
offerebantur. Cæterum frumenta uinum: aliaque cibi  
necessaria Anius & eius filiæ prebuere: quæ cenotropæ &  
diuinæ religionis antistites memorabātur. Hoc modo ex  
Aulide nauigatum est.

ARGVMENTVM SECUNDI LIBRI.  
TELEPHVS MYSIORVM REX HERCVLIS  
& Auges filius prohibens gr̄corum aduentum deuenit  
ad pugnam: in qua thesandrus Polinicis & theutratius i-  
terficitur ipse quoque telephus ab Achille acriter uulnera-  
tus: duce eodem sanitati restituitur. ITEM SAR-  
pedon Laodomiae & Xanthi filius iuxta troiam congres-  
us est cum gr̄cis ubi Prothesilaus tælo Aeneæ perimic  
Cygnus rex ab Achille occiditur. Palamedes Smynthio  
Apollini sacrificat. Philoctetes morsu serpentis cōtingit:  
& sanat. Palamedes iſidiis Diomedis & Vlyssis simulatiōe.

thesauri morti traditur sepultusq; fuisse publico. Achilles  
uastatis multis oppidis troianorū Astimōen Chrysei sacer-  
dotis filiam & Hippodamiam Brisei filiā abduxit. Polym-  
nestor Polydorū P̄ciami filium græcis prodidit. Ajax Teg-  
messam puellā aufert. Dividitur præda capta. Oratio Vly-  
xis ad troianos. Polydor⁹ interficitur. Pestis inuasit exerci-  
tum. Redditur Astimone patri. Sædatur lues. Eripit Aga-  
mēnon Hippodamiā Achilli. Describitur catalogus iuuani-  
tium troianos. Achilles irascitur. Dolon occiditur. Vulne-  
rantur duces plurimi. Percutitur a Menelao Paris a Pan-  
daro Menelaus. Pandarus a Diomede interficitur. Hector  
incendit græcorum naues: fit pugna maxima utrinq;. Rœ-  
sus rex in somnis perimitur. Demum Achilles Agamem-  
noni reconciliatur.

.F. DISTICHON. F.

Instabat sextus decimæ trieteridis annus

Iam mihi: dum dicto hæc qualiacunq; legis  
**DICTYS CRETENSIS DE HISTORIA BELLI  
TROIANI LIBER SECUNDVS.**

OSTQ; VAM ad mysiotū regionē uniuer-  
sas classes ueti appulere: propere omnes signo  
dato naues littori admouerunt. Dein egredi  
cupientibus a custodibus loci eius obuiatū est:  
eos nāq; Teleph⁹ q; tū mysiæ imperator erat  
(quo omnis regio ab incursione maritimorū hostiū defē-  
saretur) littori p̄ficerat. Igitur ubi descendere prohibentur  
neq; prius pmittitur terrā attingere q; regi qnā essent nun-  
tiaretur: nostri primo quæ dicebantur negligere & singuli  
nauib⁹ egredi. Dein postq; a custodib⁹ nihil remittebatur

& summa ui resisti ac prohiberi coeptum est: duces oēs ma-  
nu iniuriam uindicandam rati arreptis armis euolant nau-  
bus incensiq; ira custodes cädere neq; uersis his in fugam  
parcere: sed uti qsq; fugientem cōprehenderat obtruncare.  
Interim ad Telephum q; primi fuga græcos euaserāt ueni-  
unt; irruisse multa hostium milia eosq; cæsi custodibus lit-  
tora occupasse multa præterea p metu suo adiuentes nun-  
tiant. Dein recognita Telephus cum his quos circu; se ha-  
bebat aliisq; qui in ea festinatione in unm conducti potuere  
properè græcis obuiā uenit: ac statim cōdēsatis utrinq; frō-  
tibus ui magna cōcurrīt. Deinde uti qsq; in manus uenerat  
interficitur: quū interim his atq; illis ex causa suorū percul-  
sis uehemētius instaret. Sed in ea pugna Thesādrus( quē  
Polinicis supra memorauimus )cōgressus cum Telepho ic-  
tusq; ab eo cadit: multis tñ hostiū interfictis: in qbus Tele-  
phi comitem( quē rex ob industriā uiriū atq; ingenii inter-  
duces habebat )strēnue dimicātē obtruncarat: atq; ita pau-  
latim elatus secundo belli euentu & ob id maiora uiribus  
aggressus interficitur: atq; eius cruentē corpus Diomedes  
( qui ei iam tū a parentibus coeptum cū eo societati ius pse-  
uerabat humeris extulit idq; igne crematum( quod sup  
fuerat in ore patrio sepeliuit. AT VBI animaduerterat A-  
hilles & Aias thelamonius magno suorū detimento euen-  
tum belli trahi exercitu; in duas partes dispartiunt ac pro-  
tempore cohortati suos: tanq; restauratis uiribus acrius  
hostes incurruunt: ipsi duces principesq; certaminis quum  
modo insequeretur fugientes modo incruentibus semet  
instar montis opponerent: atq; ita omnino primi aut inter  
primos bellantes præclaram iam tum uirtutis suæ famam  
apud hostes atq; inter suos effecere. Interim Teutratius ex

Teutratio & Auge genitus frater Telephi uterinus ubi aia  
duertit Aiacem tanta aduersum suos cū gloria dimicātem  
propere ad eum se conuertit ibi pugnādo iectus tælo mox  
occubuit: Eius casu Telephus non mediocriter perculsus  
ultionemq; fraternæ mortis expertens infestus Aiacem in  
uadit atq; fugatis quos aduersum ierat quū obstinate Vly  
xem inter uineas (quæ loco adiunctæ erat) cōsequeret ppe  
ditus truncō uitis ruit: id ubi Achilles procul animaduertit  
tælo iaculato femur sinistrū ei transfigit: At Telephus im-  
pigre surgens ferrumq; ex corpore trahit & protectus con-  
cursu suorū ab instati periculo liberatus est. Iamq; diei plu-  
rimū processerat: quū utraq; acies intenta praelio sine ulla  
requie ac iugi certamine strenuis aduersū se ducibus fatiga-  
retur: Namq; nostros multorū dierum nauigatiōe aliquan-  
tum exhaustos maxime præsentia Telephi examinauerat:  
is namq; hercule genitus procerus corpore ac pollens uiri-  
bus diuinis patris uirtutibus propriam gloriam æquaue-  
rat. Igitur adueniēte nocte cunctis cedētibus requies belli  
facta est: ac mysi se ad domum nostri ad naues digrediun-  
tur. Cæterum in ea pugna multi mortalium interfeci utri-  
usq; exercitus ac uulnerati pars maxima prorsus nulli aut  
per pauci cladi belli expertes. DEIN Insecuta die legati in  
uicem de sepeliendis qui in bello ceciderant mittuntur: at-  
que indutiis interpositis collecta corpora atq; igne cremata  
sepeliunt. Interim Tlepolemus & cum fratre Antiphō  
phidippus quos Thessalo genitos (nepotes Herculis supra  
memorauimus) cognito Telephum in his locis imperi-  
tare fiducia congnationis ad eum ueniunt: eiq; quinam es-  
sent & quibus cum nauigassent aperiuerent: Deinde multa  
inuicem consumpta oratione ad postremum nostri acrius

incusare q̄ tam hostiliter aduersum suos uersaretur: Agamē  
mem nonē namq; & Menelaum pelopidas nō alienos ḡnē  
ḡnis lui eum exercitū cōtraxisse. Dein quæ circa domū Me-  
nelai ab Alexandro cōmissa essent raptūq; Helenæ docent:  
ob q̄ decere eū cū pp cōlāguinitatē tū p̄cipue ob scelus uio-  
lati cōmuniſ hospitiū grācis ultrō offerre auxiliuꝝ in quoruꝝ  
gratia ipsius etiam Herculis plurima laborum monumēta  
per totam grācias existerēt. Ad quæ telephus ( & si dolore  
tulneris non modice afflictabatur) benigne tñ respōdens  
ipsorū ait primo culpa factū q̄ amicissimos & iunctos sibi  
generis affinitate regno suo appulsos ignorauerit prāmit-  
tēdos etenim suis p̄ quos cognito aduētu & eū obuiā ire  
gratulātcm opportuerit atq; amice hospitio receptos dona  
tosq; muneribus quū cōmodū uideref remittere. Cæterū  
militiā aduersum Priamū recusare: Astiochen priami filiaz  
sibi matrimonio iunctaz ex qua Eurypilus genitus arctissi-  
mū affinitatis pign⁹ intercederet. Deinde propere popula-  
tib⁹ uti ab īcepto desisterēt nūtiari iubet atq; ita nr̄is libe-  
ram egrediendi nauibus potestatē pmittit ac pro tempore  
cohortari suos. Tumq; tlepolemus & eū eo uenerāt Eury-  
pilo tradūtur. hicq; pacticis quæ cupierāt ad naues pgunt nū-  
tiantq; Agamēnoni ac reliquis regibus pacez cōcordiamq;  
cum telepho. Q̄ tuæ ubi accepere apparatū bellū lāti omit-  
tunt: Dein ex consiliī sententia Achilles cum Aiace ad tle-  
phum pueniunt eūq; iactatū magnis doloribus consolati  
ut uiriliter incōmodū ferret dēpcantur. At telephus ubi ali  
quantuꝝ respiratio doloris intercesserat grācos accusare q̄  
ne nūtiū qdē aduētus sui prāmissūt: Dein pcontatur qui  
nāz & quanti pelopidæ in ea militia essent doctusq; multis  
p̄cibus ora uti ad se omnes ueniāt. Tū nr̄is facturos se quæ-

cunq; uellet polliciti siderium regis reliquis nunciauerē.  
Igitur omnes pelopidæ p̄ter Agamēnonem & Menelaum  
iūnū cōgregati ad Telephū ueniūt: multūque gratulatiōis  
& letitiæ p̄ntia sua regi obtulere: ac deinde muneribus largi-  
ter donati hospitio recipiuntur. Neque tamē miles reliqu⁹  
(qui apud naues erat) munificentia regis expers erat. Nā-  
que p̄ numero nauīū frumentū aliaque necessaria afflatim  
portabātur. Cæterum ubi Agamēnonez: fratrēque ei⁹  
abesse animaduertit multis precibus Vlyssem deprecatur  
uti ad eos acciendos pergeret. H̄i itaque ad Telephum ue-  
niunt: ac more regio inuicem acceptis datisque donis Ma-  
chaonem & Podalyrium Aesculapii filios uenire ac uulne-  
ri mederi iubent: qui cōspecta cura propere apta dolori me-  
dum de tota re mitti: cui omnes assentiuntur. Huic rei A-  
chilles præficitur: & cum Patroclo proficiscitur. Priamus  
ut audiuit quia hostes pârati sunt misit per totam phry-  
giam qui finitos adducant exercitus: domique milites  
comparat: q̄ magno animo se defendant. Quum Achil-  
les delphos uenisset ad oraculum pergit: & ex adyto res-  
pondetur græcos uicturos decimoq; anno troiam captu-  
ros: Achilles res diuinæ sicut imperatum est fecit: & eo tē-  
pore uenerat calchas a testore natus: & diuina dona pro-  
phrygibus a suo populo missus apollini portabat: simulq;  
consultit de regno rebusq; suis: huic ex adyto respondetur:  
ut cum argiuorum classe militum contra troianos profi-

discatur eosq; sua intelligentia iuuet: ne uel inde prius disce-  
dant: q; troia capta sit. Postq; in sanum uentum est: inter se  
Achilles & calchas responsa contulere: gaudentesq; hospi-  
tio: amicitiam confirmant Athenas una proficiscentes p-  
ueniunt: & achilles eadem in concilio refert: argui gau-  
dient chalcantem secum recipiunt: classem soluant cum  
eas tempestates ibi retinerent Calchas ex augurio respon-  
dit: ut hinc reuertantur & in aulidem proficiscantur: pro-  
fecti perueniunt. Agamemnon dianam placat dicitque so-  
ciis suis: ut classem soluant ad troiam iter faciant utiuntur  
duce philocteta: qui cum argonautis ad troiam fuerat: De  
inde applicant classez ad oppidum quod sub imperio Pria-  
miregis erat: & id expugnant prædaq; facta proficiscun-  
tur. Post ueniunt tenedon ibi omnes occidunt. Agamē  
non prædam diuidit: concilium uocauit: Inde legatos ad  
Priamum mittit: si uelit Helenam reddere: & prædam quā  
Alexander fecit restituere: legati eliguntur Diomedes &  
Vlyxes ad Priamum ueniunt. Dum legati mandato pa-  
rent: mittuntur Achilles: & Telephus ad prædandum my-  
siam ad Teutranitem regem ueniunt: prædamq; faciunt:  
Teutras cum exercitu iuo superuenit: quem Achilles fu-  
gato exercitu uulnerat: quem iacentem Telephus elipeo  
protexit: ne ab Achille interficeretur. Eo tempore Tele-  
phus adhuc puer erat a patre hercule progenitus: a Theu-  
trante Rege hospitio suscepitus est. Diomedem regē ferūt  
eo tempore uexatum cum equis potentibus & feris ab  
Hercule interfectum. Teutrantiq; regnum tradidisse to-  
tum ob hoc eius filium Telephum ei suppecias uenis-  
se: Q uod cum Theutras intelligeret: tunc se eodem  
uulnere mortem effugere non posse regnum suum & my-

siam uiu<sup>9</sup> Telepho tradidit. & eum regem ordinauit. mortuum Telephus magnifice sepeliuit. Achilles ut nouū regnum conseruet. nader & plus iusto exercitum adiuturū si commeato frumento quot annis ex eo regno aduehat q̄ si ad troiam dimicaturus accedat. Itaq̄ telephus remaneat. Achilles eum magno præde commertio ad exercitum tenedor reuertitur. Agamemnoni & sociis rem gestā narrat illi collaudant industriam eius. Interea legati missi ad Priamum ueniunt mandataq̄ Agamemnonis referūt postulantes ut Helena & præda reddatur satisq; regi fiat: ut pacifice discedant. Priamus iniurias argonautarum commemorat: patris interitum: Troiæ expugnationem: & Hesioneæ sororis seruitutem: Deniq; Antenorem legatum q̄ contumeliose ab eis tractatus sit: pacem repudiat: bellum indicit: græcorum legatos de finibus repellit: legati in castra tenedor reuertuntur: renunciantes responsum: res consultim geritur. Aderant uero ad auxilium Priami aduersus ductores duces græcorum hic cum exercitibus suis: quorum nomina & prouincias insinuandas esse duximus: Eecelia pandarus Amphidarastus. De colophonia a suis cariis Amphimachus menesteus. Delicia sarpedon Claucus. De Larissa Hipotogus & eupesus de Cironia remus. de Thracia Pirus & Alcamus. de Peonia Paractemelus Teropeus. de phrygia Ascanius Xandippus Portius. De Fliconea Eusemeus. de Boecia Sanias Asimnus & Fortinus. de Bustino Epistropolis & Boecius. de Palaconia Philleminus. de Aethiopia Pirses & Memnon. de Tracia Hesens & Archilogus. de Agrestia Adrastrus & Amphius. de auzōio Epistrophus. His ductoribus & exercitibus qui cuncta paranda pararent. Præfecit Priamus prin-

cipem & ductorem Hectorem; deinde Deiphobum Ale-  
xandrum, Troilum, Aeneam Memnonez. Dum agamē-  
non consulit de tota re & ex Corvo aduenit nauplii fili⁹  
palamedes cum nauibus. xxx. ille se excusauit morbo affe-  
ctum Athenas uenire nō potuisse qui uēiret qum primū  
potuerit illi gratias agunt; rogātq; eum in cōsilio esse; De-  
inde qum arguiſ non cōstatet exeundi ad troiā clam no-  
tu an interdiu facerent. Palamedes sic iam detractionem  
reddit in luee in troiam excessione fieri oportere; & ma-  
num hostium deduci. itaque omnes ei assentiunt cōsulte  
agamemnonem exercitui p̄ficiunt: legatos ad Mesiaz cæ-  
terisque locis mittunt: ut exercitui commeatus supporta-  
dos curent Hesiodum demorantem & Aniu⁹. Deinde ex-  
ercitum ad concionem uocat collaudat; imperat hortatur  
monet diligenter; ut dicto obedientes essent. Signo dato  
naues soluunt: tota classis ad latitudinem accedit ad Tro-  
iam: littora troiani fortiter defendunt. protesilaus in ter-  
ram excursionem facit: fugat cædit: Cui Hector obuiam  
uenit & eum interfecit: cæteros perturbar: unde Hector  
recedebat; ibi troiani fugabantur. Postquam magna cæ-  
des utrinq; facta est, aduenit achilles totum exercitum in  
fugā conuertit: redigitque omnes in troiam: nox proeliū  
dirimit. Agamemnon exercitum totum in terram ducit:  
castra facit. Postero die Hector exercitum ex urbe educit  
& instruit. Agamemnon contra acri clamore occurrit p̄/  
lium acre atque iracundum geritur: nam fortissim⁹ quis-  
que in primis cadit. Hector patroclum occidit: & spoliatū  
ex acie accepit: Merionemq; persequitur & occidit, quem  
qum similiter spoliare uellet: Menestheus superuenit: &  
Hectorem in fœmore uulnerauit: qui saucius multa milia

oceidit: & festina uisset argiuos in fugam uertere: nisi obui  
us illi ajax Thelamonius superuenisset. Aduersus quē cu<sup>z</sup>  
congrederetur: cognouit eum eē de sanguine suo. erat enī  
de Hesiona sorore priami natus. Quo pacto Hector a na  
tibus ignem reuocari iussit: & utrique se inuicem remu  
nerauere & amici discessere.

POSTERA DIE Græci  
inducias petunt. Agamemnon Protesilaum magnifico  
funere effert: cœteroique sepeliendos curat. Achilles Pa  
troclum plangit: argui suos. Achilles Patroclo ludos fu  
nebres facit. Dum induciæ sunt Palamedes non cessat se  
ditionem facere: & indignum aiebat Agamemnonem re  
gem esse qui exercitiū imperaret: ipse coram exercitu mul  
ta sua ostendit studia: exceptionem facit: castrorum muni  
tionem: significationem: uigilarum circuitionem. libraru<sup>z</sup>  
ponderumque dimensionem exercitusque instructionez.  
Hæc cum a le orta essent non æquum esse: ut cum a pau  
cis imperium datum Agamemnoni esset: eum omnibus:  
qui postea uenissent imperare: quum præsertim omnes si  
gnum uirtutis expectassent in ducibus suis. Dum Achi  
ui de imperio inter se uicissim certant: prælium post bien  
nium repetitum est. Agamemnō Achilles Diomedes Me  
nelaus exercitum educunt. Contra Hector Troilus æne  
as occurruunt: fit magna cædes ex utraque perte fortissimi  
cadunt. Hector Boetem archilocum Protenorem occi  
dit: nox prælium dirimit: Agamemnon duces omnes in  
concilium uocat: suadet hortatur: ut omnes in aciem pro  
deant: & maxime Hectorem persequantur qui de his ali  
quos fortissimos duces occidit. Mane autem facto He  
ctor æneas. alexander exercitum educunt. Omnes duces  
argiuorum prodeunt. Fit magna cædes. Multa milia ex

utroque exercitu diuinituntur orco. Menelaus & Ajax  
alexandrum persequuntur: quos respiciens alexander sa-  
gitta Menelai femur transfigit. Ille dolore commotus pa-  
riter cum aiace Loco non cessauit eum persequi. Q uos  
ut uidit Hector instantes fratrem suum persequi: suppeci-  
as ut uenit cum aeneas: Q uem aeneas clypeo protexit: &  
de proelio ad ciuitatem adduxit: nox proelium dirimit: achil-  
les cum Diomede postera die exercitum eduxit: Contra  
Hector & aeneas atiem dirigit: fit magna cædes. Hector  
Orcomenum Oramenem Palamonem Epistrophum  
Schedium Delpenorem Dorium Ppolixenum duces oc-  
cidit: Aeneas amphimachum: & Netium: Achilles Eu-  
phenium Hippotem Asterium: Diomedes Xandippum  
Mestem Agamemnon ut uidit duces fottissimos cecidisse  
pugnam reuocauit. Troiani læti in castra reuertuntur: Aga-  
memnon sollicitus duces in consilium uocauit: hortatur:  
ut fortiter pugnarent neq; desisterent quoniā maior pars  
ex suis exuperata sit: sperare se exercitū ex myria quotidie  
superuenturū. POSTER A die agamemnon totum  
exercitum: & omnes duces in pugnam prodire coegit cō-  
tra Troiani duce Hectore atiem direxerunt. Fit magna:  
cædes: acriter ex utraq; parte pugnatur: multa milia hinc  
& inde cadunt: nec differebatur pugna: ita ut continuis  
lxxx. dieb⁹ animose pugnatū sit: Agamemnon ut uidit  
multa milia quotidianē occidi: nec sufficere mortuos sepeli-  
re: misit legatos ad Priamum: ut inducias ad triēnum pe-  
terent. Vlyxes & diomedes legati ad Priamum ueniunt:  
inducias sicut imperatū est postulant: ut suos funerarent:  
uulneratos curarent: naues reficerent: exercitum compa-  
parent commeatum conueherent. Vlyxes & Diomedes.

noctu ad Priamum legati uadunt: occurrit illis ex troianis  
dolon: Qui quum interrogaret quid ita armati ad opidum  
uenissent; dixerunt ab Agamemnone legatos ad Priamus  
missos: Quos ut priamus audiuit uenisse: & desiderium  
suum exposuisse: in consilio omnes duces conuocat: Qui  
bus refert legatos uenisse ab Agamemnone: inducias ad  
triennium peterent: Hectori suspectum uidetur: quia tam  
longum tempus postulassent. Priamus dicere imperat:  
quid cuique uideatur: omnibus placitum est inducias ad  
triennium dare. interim Troiani moenia renouauit: uos sau-  
cios curant: & mortuos cum ingenti honore sepeliunt.  
TEMPVS pugnæ post triennium superuenit: hector &  
Troilus exercitum educunt: Agamemnon: Menelaus dio-  
medes etiam ipsi exercitum educunt; fit magna cædes he-  
ctor in prima acie Phidippum: & Xantippum duces in-  
terficit achilles Liconium Eusorbum occidit: & cætera  
ex plebe multa milia ex utraque parte cadunt: acriter pua-  
gnatur diebus continuis triginta. Priamus ut uidit mul-  
tos de suo exercitu cecidisse: mittit legatos ad agamemno-  
nem: ut inducias peterent mensibus. yi. & consiliu senten-  
tia agamemnon concedit inducias. Ut autem proelii tēpus  
aduenit: acriter per. xii. dies pugnatur: multi duces fortis-  
simi hinc & inde cadunt plures uulnerantur plurimi in ipa-  
curatione moriuntur agamēnon mittit ad Priamum lega-  
tos &. xxx. die rum inducias postulauit ut funerare mor-  
tuos suos possit. Priamus consulte fecit annuitque at ubi  
tempus pugnæ superuenit andromacha uxor hectoris in  
sommis uidit Hectorem non debere eo die in pugnam pro-  
cedere & quum ad eum uisum referret hæc muliebria uer-  
ba abiicit. Andromacha moesta misit ad Priamum ut il-

lum prohibeat, ne ea die pugnaret. Priamus Alexandrum  
Helenum Troilum & Aeneam in pugnam misit. Hector  
ut ista audiuit: multum increpans Andromacham: arma  
ut proferet poposcit: nec retinere se ullo modo potuit. Dū  
planētu fœmineo oppidum concitat: ad Priamu<sup>z</sup> in regiaz  
cucurrit: refert ea quæ in somnis uiderat: uelle Hectorem  
ueloci saltu in pugnam ire: projectaque ad genua astante fi-  
lio suo Astionacte eum reuocare mandat. Priamus in pu-  
gnam omnes prodire iussit Hectorem retinuit Agamem-  
non Achilles Diomedes Ajax Locrus: ut uidere Hecto-  
rem in pugna non esse acriter pugnauerunt: multisq<sup>p</sup> du-  
ces ex troianorum numero occidere. Hector ut audiuit tu-  
multum: troianosq<sup>p</sup> in bello nimis labore: prosiluit in pu-  
gnam. Statimque Idumeum obtruncauit Hiphilum sau-  
ciauit Leontheum occidit Stenelei iaculo femur figit. A-  
chilles ut respexit multis duces eius dextera cecidisse: ani-  
mum in eum dirigebat: ut illi obuius fieret: considerabat  
enim Achilles nisi Hectorem occideret: plures de græco-  
rum numero eius dextera perituros: prælium interea a-  
cre colliditur: hector polibætem ducem fortissimum occi-  
dit: dumque eum spoliare cœpit Achilles superuenit. sit  
pugna maior & clamor ab oppido & a toto exercitu sur-  
git. Hector Achillis femur sauciauit: Achilles dolore ac-  
cepto magis eum persequi cœpit: nec destitit nisi occideret  
quo interempto Troianos in fugam uertit: & maxima cæ-  
de eos usque ad portas seq<sup>i</sup>uitur: cui tamen Memnō resti-  
tit & inter se acriter pugnauerunt: læsi utrique discessere:  
nox prælium dirimit. achilles sauciis de bello redit noctu  
troiani hectorem lamentabantur. **POSTERA** die  
Memnon troianos educit cōtra græcorum exercitum aga-

mēnon exercitum constituit suadetq; inducias duorū mē  
sium postulare ut suos unusq; sepelire possit. Legati ad  
Priatum proficiscuntur desiderium prosecuti sunt duorū  
mensum inducias accipiunt priamus hactorem suorum  
more ante portas sepeluit ludosque funebres facit dum i  
duciae sunt palamedes iterum non cessat de imperio con  
queri Itaq; agamemnon seditionem excitat & dixit se de ea  
te libenter laturum ut quem uellet imperaret. POSTE  
R O die populum ad contionem uocat: rogit se unq; cupi  
dum imperii fuisse: animo æquo se accipere si curuerent  
dare sufficere sibi exercitum troiae: Sed tamen Mycenis re  
gnum habere: ubet dicere: si cui quid placeat. Palamedes  
prodiit: suum iugenum ostendit. Itaque arguii imperium  
eilibenter tradunt. Palamedes arguiis gratias agit impe  
rium accipit amministrat. Achilles uituperat imperii com  
mutationem: inducias exeunt. Palamedes ornatus exer  
citum instruit: hortatur: contra idem fecit Deiphobus: pu  
gnatur acriter a treianis: Sarpedon Licius cum suis im  
pressionem in argiuos facit cedit prosternit. Obuius ei fit  
Tlepolemus Rhodus: sed in stando pugnandoque male  
uulneratus cadit. Secundo Perses Admetæ filius prœ  
lium restituit: diuque cum Sarpedone communius pu  
gnando occiditur. Sardedon quoque uulneratus de prœ  
lio recedit. Itaq; per aliquot dies prælia fiunt: ex utraq; par  
te multi ductores occiduntur: sed plures a priamo. Troia  
ni legatos mittunt: iudicias petunt: mortuos utrosque se  
pe liunt saucios curant fide data ultro citroq; in oppidum  
& castra argium commeant. Palamedes Agamemno  
nem: & Demophontē Athamantem ad Thesidas mittit  
Quos legatos Agamemnoni præfecerat: ut coimeatus

compararent. & frumentum de myria a telepho acceptū  
supportent. his subueniunt seditionē: palamedis proditionē  
narrant. palamedes moleste fert. agamemnon ait moleste  
non ferre sua uoluntate esse factum. naues onerandas cu-  
rant. palamedes castra munit. turribus circundat. Quae-  
runt troiani quare exercitum exerceant. cur muruz utbis  
diligenter instaurent. fossam & uallum addant. cæteraque  
diligenter comparent. POST Q VAM autem anni  
dies uenit quo hector sepultus est. priamus & hecuba po-  
lixena cæterique troiani ad hectoris sepulchrum profecti  
sunt. quibus obuius fuit achilles. polixenam contéplatur  
figit animum. amare eam uehementissime coepit. tunc ar-  
dore compulsus odiosam in amore uitam cōsumit. & fere-  
bat ægre ademptum imperium agamemnoni: sibique pa-  
lamedem præpositum cogentem. Igitur phrygio fidelissi-  
mo seruo mandata dat ad hecubam. & ab ea sibi uxorem.  
polixenam poscit: si dederit se cum suis myrmidonib⁹ do-  
mum redditurum quod cum ipse fecerit. cæteros idez factu-  
ros. Seruus proficiscitur ad hecubam conuenit. mandata  
dixit. Hecuba respōdit uelle: hoc pacto si priamo viro suo  
placeat. dum ipsa cum priamo agat seruum reuerti iubet.  
agamemnon cum magno comitatu ad castra reuertitur.  
hecuba cum priamo de condicione achillis loquitur. pria-  
mus respondit fieri non posse. non quod eum indignum  
uel affinitate extremuz estimet: sed si ei dederit & ipse disces-  
serit. cæteros graios non discessuros. & iniquū esse filiā su-  
am hosti coniungere: quapropter si id fieri uellet. pax per-  
petua fiat. exercitus discedat. foederum iura sanciantur:  
si id factum sit sibi illum libenter filiam daturum. Itaque  
achilles ut constitutum erat seruum ad hecubaz mittit ut

sciat quod eu<sup>3</sup> Priamo ægerit. Hecuba priamo narrat oia  
mandata seruo. Hæc ille achilli refert. Achilles in uulgo. q.  
ritur: In iurius mulieris Helenæ causa totam Græciam eu-  
ropamque uastatam esse tanto tempore tot milia hoium  
perisse; libertatem mancipataz esse; unde oportere fieri pa-  
cem & exercitum reducere. Annus circumactus est. Pala-  
medes exrcitum ducit & instruit. Deipheb<sup>9</sup> contra: achil-  
les iratus in proelium non prodit. Palamedes occasioe du-  
ctus impressionem in Deiphebum facit; eumque obtrun-  
cat: proelium acriter insurgit; ab utrisque multa milia ho-  
minum cadunt. Palamedes in prima acie uersatur: horta-  
turque proelium; ut fortiter gerant contra eum. Sarpedō  
succurrat; eumque palamedes interfecit. Eo facto latus in  
acie uersatur. Cui glorianti Alexander paris sagitta colluz  
transfigit: Phryges animaduertūt: tæla coniiciunt: atq; ita  
palamedes occiditur. Rege occiso argui cedūt cuncti im-  
pressionem faciunt: in castra confugiunt: troiāi persequū-  
tur: castra oppugnant: naues incendunt. Achilli nūciatū  
est: dissimulat: Ajax telamonius fortiter defendit: nox p̄li-  
um dirimut. argui in castris palamedis scientiam æquita-  
tem clæmentiam bonitatem lamentabantur. troiani Sar-  
donem & Deiphebum miserabiliter deflent: Nestor qui  
maior natu erat: nocte ductores in conciliu<sup>3</sup> uocat: suadet  
hortari: ut imperatorem eligant: & si eis uidetur eundem  
agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Ite<sup>3</sup> cō-  
memoratum dum fuerat imperator q̄ res prospere gestæ sint  
satis foelicem fuisse exercitum; sic cui quid aliud uideatur di-  
cere suadet: omnes assentiunt agamemnonem summum  
imperarorē præficiunt. POSTER O die troiani alacres  
in aciem prodeunt: Agamemnon contra exercitum edu-

cit p̄cōlio commissō uterque exercitus inter se fugantur.  
Postquam maior pars diei transiit; in primis prodit troil⁹  
cædit deuastat; argiuos in castra fugat. Postera die exerci-  
tum troiāi educunt, contra agamēnon. sit magna cædes  
uterque exercitus inter se pugnant; p̄cōliūz acriter surgit  
multos duces argiuorum troilus interfecit, pugnatur cō-  
tinuis diebus septem. Agamēnon inducias petit in du-  
os menses. Palamedem magnifico funere effert; cæteros/  
que duces ac milites sepeliendos curat. Interea agamē-  
non dum inducæ sunt mittit ad Achillem; Vlyxem ne  
storem & Diomedem ut rogent eum in bellum prodire.  
Achilles autem mœstus qui iam destinauerat in bellūz nō  
prodire; ob id quod promiserat Hecubæ: aut certe minus  
pugnaturum: quoniam polixenam intensissime amabat.  
ccepit male eos accipere qui ad eum uenerāt dicit se debe-  
re perpetuam pacem expostulare, pugnam negat. Aga-  
memnoni renuncietur quod ab achille actum sit; illum p-  
tinaciter negare Agamēnon omnes duces in consilium  
uocat: exercitum quid fieri debeat consulit; imperat dicere  
quid cuique uideatur. Menelaus hoc tatur fratrem suum:  
ut exercitum in pugnam produceret; nec debere terret si  
Achilles se excusauerit; sed tamen persuasum est; ut in bel-  
lum prodeat; nec uerēri si noluerit commemorare cœpit  
troianos nō habere alium virum fortissimum esse; Diomedi &  
Vlyxi Menelaus resistens bellum geri suadebat. Calchas  
ex augurio respondit debere pugnare; q̄ superiores troia-  
nis sient. Tempus pugnæ supuenit. Agamēnon Menela⁹  
Diomedes Ajax exercitū ducunt contra Troianos; sit ma-

gna cædes pugnatū acriter: uterque exercitus inter se sæ  
uiunt. Troilus Menelaum sauciāt multos interficit. cæte  
ros paulatim persequitur, nox pœlum dirimit. PO-  
stera autem die Troilus cum Alexandro exercitum edu-  
cit. Contra oēs argiui prodeunt, acriter pugnatū. Troi-  
lus Diomedem sauciāt, in agamemnonem impressionem  
facit & ipsum sauciāt. argiuos cædit, p aliquot dies pugna-  
tur acriter, multe milia hominum ex utraque parte tri-  
cidantur. Agamemnon ut uidit maiorem partem exerci-  
tus se quottidie amittere, neque sufficere posse; petit indu-  
cias per sex menses. Priamus conciūm cogit, indicat argi-  
uorum desideria. troiāi rennūnt debere dari tam longo  
tempore inducias; sed potius impressionem fieri, nauel in-  
cendi. Priamus quid cuique uideatur dicere imperat: om-  
nibus placitum est debere fieri quod argiui postulant.  
Priamus inducias dedit, agamemnon honorifice suos se-  
peliendos curat. Dionedem. Menelaum sauciatos curat  
Troianis suos & que sepe liunt: Dum induciæ sunt ex consi-  
lii sententia Agamemnon ad achillem proficiscitur ut eū  
ad pugnam persuaderet: achilles tristis rogare coepit se nō  
prodiūrūm: sed pacem peti oportere: conqueri coepit qđ  
agamemnoni nihil negare possit: tamen cū tēpus pugnæ  
superuenisset: se milites suos missurum; ipsum exculatuꝝ  
habere. Agamemnon ei gratias condignas egit. Tempus  
pugnæ superuenit. Troiani exercitum suum educunt.  
Contra argiui prodeunt. Achilles primo myrmidones  
instruit: ad agamemnonem paratos mittit: sit pugna ma-  
ior, acerrime seu situr. Troilus enim in prima aie argiuos  
cædit. Myrmidores uero fugat: impressionem usque ad  
castra argiolorum facit: multos hiucinde occidit: plurimos

acriter sauciat. Ajax telamonius obstat. Troiani uictores  
in oppidum reuertuntur. Postera die Agamemnō exer-  
citum educit; omnes duces & myrmidores prodeunt.

Contra uero Troilus in aciem latus exiuit. proelio cōmi-  
so uterque exercit⁹ inter se dimicat; acriter pugnat⁹; mul-  
ta milia hominum ex utraque parte cadunt. troilus myr-  
midones persequitur sternit fugat. Agamemnon ut uidit  
ex suis partibus multos occisos; inducias in dies. xxx. petit  
ut suos funerare possit priamus inducias dedit; suosque se  
peliendos curat. Tempus pugnæ superuenit. troiani exer-  
citum educunt. Contra Agamemnon omnes duces in  
pugnati coegit. proelio commisso fit magna cædes. acri-  
ter pugnat⁹. Postquam primum tempus diei transiit; pro-  
dit in primo troilus cædit prosternit. Argui fugam cum  
clamore fecerunt. Achilles ut animaduertit troilum ira-  
cunde sœuire. & arguiis insultare; simulque sine intermissi-  
one myrmidores prosternere procedit in bellum; quem  
troilus continuo excepit & sauciat. Achilles de proelio sau-  
cius redit; pugnat⁹ continua diebus sex. die septimo dū  
uterque exercitus proelio facto inter se fugantur. Achilles  
qui aliquibus diebus uexatus in pugnati non prodierat;  
myrmidores instruit, hortatur alloquitur ut fortiter im-  
pressionem in troilum faciant. Postquam pars diei trāsit;  
prodiit troilus ex equo latus; Argui maximu⁹ clamore⁹  
faciunt; myrmidores superuenere, impressionem in troi-  
lum faciunt; de quorum numero multi a troilo occidun-  
tur. Dum acriter pugnat⁹ equus troili uulneratus cor-  
ruit troilum implicitum excutit; tū cito achilles adueniēs  
eū occidit; & de ipso proelio eum trahere cœpit; q achilles  
interuentu Memnonis cōplere non potuit. adueniens. n.

Memnon & troili cōpus eripuit: & achillem uulnere sau-  
ciauit achilles de p̄cilio saucius redit. Memnon inscq; eu3  
c̄apit cum multis: quāem achilles ut respexit substitit: cu-  
rato uulnere: & aliquamdiu p̄ciliatus Mēnonem multis  
plagis occidit: & ipse uulneratus ab eo ex p̄cilio recessit.  
Postq; dux tor persarum occisus est: reliqui in oppidū 3 con-  
fugere: p̄ciliū nox dirimit. Clausis portis postera die a  
Priamo legati ad agamemnonem missi sunt: qui dierum  
xx. inducas peterent: quod agamemnon concessit. Pri-  
mus igitur Troilum Memnonemq; magnifico funere ef-  
fert: cæterosq; milites utriq; sepeliendos curant. HECV  
BA mœsta c̄y duo filii eius fortissimi Hector & Troilus ab  
achille interficti eēnt: consilium muliebre temerarium ini-  
it ad ulciscendum dolorem alexandrum filium accersit:  
hortatur ut se & suos fratres uindicaret: insidias achilli face-  
ret: & eum nec opinantem occidat: quoniam ad se miserit  
& rogauerit ut sibi polixenam daret in matrimonium se ad  
eum missuram Priami uerbis: ut pacem fædusque inter se  
confirmarent: constituunt in fano apollinis timbræi quod  
est ante portam eo achilli uenienti collocuturoque insidi-  
as collocari: sibi satis uisum esse si eum occiderit. quod ten-  
taturum se alexander promisit. Noctu eliguntur de exer-  
itu fortissimi: & in fanum apollinis collocantur: signum  
accipiunt. Hecuba ad achillem sicuti condixerat nuncium  
mittit achilles lætus Polyxenam amans postera die ad fa-  
num se constituit uenturum. Interea achilles consequen-  
ti die cum antilocho filio Nestoris ad constitutum uenit:  
simulque fanum apollinis ingrediebatur undique insidias  
fieti paris hortatur tæla coniiciunt achilles cum antilocho  
brachio sinistro chlamyde inuoluto: enses exerere exinde

Achilles multos occidit: Alexander antilochum interemit ipsumque Achillem multis plagis confudit. Ita animam ex insidiis nec quicquam fortiter faciens amisit: quem Alexander feris & uolucribus prosciici jubet: haec ne faciat Hesus rogat: & suis tradi: quorum corpora accepta argui in castra tulere. Agamemnon eos occisos magnifico funere effert: Achillique sepulchrum ut fieri licet a Priamo inducias petit: ibique ludos funebres facit. Deinde concilio prouocat: argiuos alloquitur ut ea quae Achillis essent: Aiaci propinquo eius commendarent. Tunc sic Ajax ait: cum filius Neoptolemus ei supersit: neminem aequius habere quam eum: oportet ad pugnam accersiri: eique uniuersa quae patris erant restitui consilio inde placuit ut detur negotium Menelao qui Scyrum proficisciatur ad Lycomedes auum eius: imperat ut nepotem suum mittat. Quod Lycomedes arguius libenter concessit. Postquam induit etiam transactae sunt. Agamemnon exercitum eduxit: instruit: hortatur. Contra troiani ex urbe prodeunt: praelium committitur. In prima atie Ajax nudus uersatur clamore magno oratio. Multi ex utraque parte cadunt: Alexander arcum tenebit: Multos interficit: aiacis latus nudum transfixit. Ajax saucius alexandrum persequitur: nec destitit: nisi cum occideret aiax fessus uulnere in castra refertur. Sagitta exempta moritur: alexandri corpus ad urbem portatur. Diomedes uirili animo impressionem in hostes facit phryges fessi ad portas configiunt: quos Diomedes usque in urbem persequitur agamemnon exercitum circa oppidum duxit & tota nocte circa murum sedet: alterna uice uigilias agit: postera die Priamus alexandrum magnifico funere effert quem magno ululatu Helena prosecuta est: quo-

niam ab eo honorifice tractata sit: quam Priamus & h cu  
ba ut filiam aspexere: & diligenter curauere: quo nunq tro  
iam despexisset nec argiuos desiderasset. POSTERA  
die Agamemnon exercitum cœpit ante portas instruere:  
& dardanos ad prælrium prouocare. Priamus contra ius-  
sit urbem munire & inter subsistere usque dum Pentesi  
lea cum amazonibus superueniret. Pentesilea postea su-  
peruenit: exercitum contra Agamemnonem eduxit: fit  
prælrium ingens per aliquot dies: diu pugnatur: arguii fu-  
gantur in castra opprimuntur: cui uix Diomedes obstitit:  
alioquin naues incendisset argiuorum: & uniuersum præ  
lium deuastasset. prælio direpto Agamemnon in castris se  
se continuuit: Pentesilea uero quotidie prodit deuastat argi-  
uos in bellum prouocans. Agamemnon ex consilio ca/  
stra muniuit: & in bellum non prodiuit usque dum Mene-  
laus ueniret: Menelaus a Scyro uenit: arma Achillis Neo-  
ptolemo filio eius tradit: quæ quum accepisset in argiuo/  
rum castris uehementer circa patris tumulum lamentat⁹  
est. Pentesilea ex more prælrium instruxit: & usque argiuo/  
rum castra processit: Neoptolemus myrmidonum prin-  
ceps contra atiem duxit. Agamemnon exercitum instruit  
pariter cōcurrunt. Neoptolemus stragē fecit. occurrit pē  
tesilea & fortiter in p̄lio uersat. utrique p̄ aliquot dies acrit  
pugnauerunt. multos utrique occiderūt. pētesilea neopto-  
leum sauciat: ille dolore accepto amazonum ductricem  
Pentesileam obtruncat eo factō totum exercitum troiano-  
rum in urbem fugere fecit. Statim arguii cum omni exer-  
tu murum circundant ita ut foras troiani exire non possent  
HOC POSTquam Trojani uidete antenor polidamas  
æneas ad priamum ueniunt. agunt cum eo & consilium

quærunt; ut deliberet quod de fortunis futurum sit pri-  
mus concilium conuocat quid postularent iubet eos dice-  
cere & quid desiderent. Antenor memorat principes defē-  
soresq; troiæ cæterosq; natos eius cum aduenis duxtorib; <sup>9</sup>  
interfectos arguorum principes remanere fortissimos.  
Agamemnonem; Menelaum; Neoptolemum non mi-  
nus fortissimum q; pater eius fuit. Diomedem aiacem Lo-  
crium cæterosq; cōplures summæ prudentiæ nestorē Vly-  
xem. contra Troianos clausos & obsecros & poene contri-  
tos suadet potius esse ut Helenam his reddatur & ea quæ ale-  
xander cu; sociis attulerat & pax fiat. postq; multis uerbis  
de pace concilianda satis fecerunt surgit Amphimachus fi-  
lius priami adolscens fortissimus malis uerbis Anteno-  
rem adortus est eosque qui consenserant improperare eis  
facta eorum suadere potius dicendum exercitus & irrupti-  
onem in castra faciendum usq; dum uincant aut uicti pro-  
patria occumbant. postq; finem fecit exurgit Aeneas leni-  
bus: mitibusq; uerbis amphimacho repugnat ab arguuis  
pacem petendam: magnopere persuadet. postq; dicendi fi-  
nis factus est priamus magno animo surrexit ingerit mul-  
ta mala Antenori & aeneæ eos belli appetendi ductores fu-  
isse ut legati in græciam mitterentur quum ipse quoque  
antenor legatus redierit & renunciauerit se contumeliose  
tractatum esse & ipse bellum suaserit. Deinde aeneam qui  
cum alexandro Helenam & prædam de arguuis non mo-  
dicam extraxit quapropter certum sibi esse pacem non fie-  
ristatimq; imperauit ut hi omnes parati essent ut quum si-  
gnum daret portis irruptionem facerent aut uincere mo-  
riue sibi certum esse. Hæc postq; locutus est concilium di-  
misit. Amphimachum secum duxit dixitq; ei uerexi se ab

his qui pacem suadebant ne oppidum prodant eosq; habe-  
re multos de plæbe qui una sentirent opus esse eos interfici.  
Quod si hoc factum fuerit se esse patriam defensurū  
arguo:q; superaturum simulq; rogat ut sibi fidelis & audi-  
ens paratusq; cum armatura effer ut sine suspitione fieri  
possit simulq; luasit amphimachus ad cænam eos vocari  
diuinamq; rem facturum & ita insidiis circumuenturum.  
Amphimachus ita se facturum promisit: & ab eo discessit:  
EODEM die conueniunt Antenor Polidamas Vcale//  
gon. Amphidamas Dolon dicunt se mirari regis pertinaci-  
am: quum patriam & comites perire malit q; pacem face-  
re. Antenor ait se niuenisse:q; sibi & illis in commune pro-  
spiciat si sibi fides seruaretur. Omnes fidem obstringunt.  
Antenor ut uidit se obstrictum mittit ad Aeneā: dicens pa-  
triā esse pdendā: & sibi suisq; cauendum esse: ad Agamem-  
nonē de his rebus aliquē esse mittēdum: q id sine suspicioe  
curet maturandū esse: animaduertisse Priamū iratū (quia  
ei pacē suaserit) de consilio surrexisse: & uereri ne quid no-  
ui consilii ineat. Itaq; oēs pmittunt: statimq; polidamantē  
(qui ex his minime inuidiosus erat) ad Agamemnonem  
clam mittunt. Polidamas in castra arguorum peruenit.  
Agamemnonem conuenit: dixitq; ea quæ suis placerent:  
Agamemnon clam nocte omnes in concilium conuocat:  
& refert ea quæ audiuit quid cuic; uideatur dicere iubet.  
Inde omnibus placitum est ut fides proditoribus seruare  
tur. Vlices & Nestor uereri se dixerunt hanc rem subire. Ne  
optolemus hos refutat: inter se certant: placitum est si/  
gnum a polidamante exigi: & idipsum per Sinonem ad  
Aeneam & Anchisem & Antenorem mitti: Sinon ad tro-  
iam proficiscitur: & quia nondum claves portæ Amphi-

*imon ad Tro  
iam proficiscitur*

machus custodibus tradidefat; Signo dato Sinon uocem  
Aeneæ & Anchisæ: & Anthenoris audiendo confirmatur  
Agamemnoni renunciat; Tunc placitum est omnibus fi-  
dem dari fōdore firmari iureiurando stringi: eo pacto ut  
si oppidum proxima nocte tradidissent; Antenori Aeneæ  
V calegoni; Polidamanti Doloni nec non liberis coniugii  
bus propinquis amicis suisque omnibus fides seruaretur:  
& sua causa omnia sibi liceat habere. PACTO confirma-  
to iureiurando adstincto suadet polydamas noctu exerci-  
tum ad portam Sceam adducant; ubi extrinsecus caput  
equi sculptum est: ibi præsidia habere: noctu Antenorez  
& Anchisem exercitui argiuorū portam reseruatueros; eis  
que lumen prolatueros: id signum eruptionis fore dicunt  
qui ibi præsto forent qui ad regem eos ducant postq; pa-  
cta data sunt polidamas in oppidum rediit; rem peractam  
dennciat; dicit Antenori & Aeneæ cæterisq; quibus placi-  
tum erat; ut suos oēs adducant: & noctu Sceam portā ape-  
riant; lumen ostendat exercitum inducāt; Antenor & Aene-  
as noctu ad portā presto fuere Neoptolemū suscepérunt:  
exercitui portā reseruare: lunien ostendere: fugam præsi-  
dio sibi suisq; omnibus præuidere. Neoptolemus præsidū  
dat; Antenor eum in regiā duxit; ubi troianis positū præsi-  
diū erat. Priamū persequiſ; quem ante aram Iouis hercei  
obtrūcat; Hecuba dum fugit cū Polyxena Aeneas occur-  
rit; polyxena ei se tradidit quam aeneas ad patrem anchis-  
em abscondit. andromacha & Cassandra in ædem Minet  
uæ se occultant tota nocte nō cessant argui deuastare; præ-  
damq; facere postq; dies illuxit; agamemnon omnes duces  
in arcem conuocat diis gratias egit; exercitum collaudat:  
omnemq; prædam iubet in medio reponēdam; quā omni-

exercitui & que partitus est; simulq; exercitum consulit: an  
placeat Antenor & Aeneas: qui patriā prodider: fidem ser-  
uari. exercitus oīs conclamat placere sibi conuocatisq; om-  
nib; uniuersa quæ erāt reddiderunt. Antenor rogar Aga-  
memnonem ut sibiloq liceret. Agamemnon dicere iubet:  
mox ut loqui cœpit: primo omnibus grais iuuenibus gra-  
tias egit: si uulq; cōmemorat Helenum & Cassandram pa-  
cem semper patri sualisſe: Achillemq; suasu Heleni sepul-  
turæ conditum fuisse. Agamēnon ex consilii sententia Hele-  
no & Cassandrae libertatem reddidit: Helenus Agamem-  
nonē pro Hecuba & Andromacha deprecatur: cōmemo-  
ratq; semp ab his esse dilectum etiā his ex consilii sententia  
libertas concessa est. Interea prædam omni exercitui diui-  
sit: diis gratias egit: hostias imolauit: & quinto die statuit  
iterpergeret: nt aut dies profectionis aduenit: tēpestates ma-  
gnæ exortæ sunt & per aliquot dies remansere. Chalcas  
respondit inferis satisfactum nō esse: Neoptolemo in men-  
tem uenit: polyxenam (cuius causa pater eius perierat) in  
regia non esse inuentam. Agamemnon poscit conqueri-  
tut: exercitum accusat: Antenorem accersiri iubet: impe-  
rat ut diligenter eam inquiret et inuentamque ad se addu-  
ceret. Mox antenor ueniens ad aeneam & Polyxenam ab  
eo absconsam suscipiens ad agamemnonem eam duxit.  
Agamemnon Polyxenam Neoptolemo dedit: quam acci-  
cipiens ad tumulum patris iugulauit: tunc agamenon  
iratus aeneas q; Polixenam absconderat cum omnibus su-  
is a patria protinus discedere iubet: aeneas cum suis profi-  
ciscitur antenori terram tradidit agamemnon profectus  
est de urbe uictoria sibi concessa. Helena post aliquot di-  
es moesta magis q; ante domuz reportatur cum suo Mene

Iao. Helenus cum Cassandra sorore: & Andromacha He  
ctoris fratri uxore & Hecuba mitre Cheronélon petit:  
HACTENVS Dares phrygius quæ gesta sunt litteris  
mandauit: nam ipse ibidem cum Antenoris factione re  
mansit. Pugnatum est annis. x. mensibus. vii. diebus. xii.  
Ad Troiam corruere ex arguiis sicut Dares scribendo tra  
didit. D. ccc. lxxxvi. milia Ex troianis usq; ad oppidum pro  
ditum. D. c. lxxvi. milia Aeneas nauibus profectus est in  
quibus Alexander in græciam ierat numer o. xxii. quem  
omnis ætas secuta est hominū in milibus tribus & .cccc.  
antenorem secuti sunt duo milia & quingenti. Helenum  
& Andromacham mille ducenti. hucusque daretis histo  
ria perscripta est. Q uis troianorum græcorum principes  
occidere denotantur. hector: Protesilaum: Patroclum:  
Merionem: Boetem: Archilocum: Protenorem: Delpe  
norem: Dorium: Polixenum: Phidipum: Xantippum: Le  
onteum: Polibætum. Carpedontem. Lepodemon. Lufo  
rem. Epistrophum & Schedium. Maimentum. Palamo  
nem. Aencas amphimacnm: Nireum. Alexander Pala  
medem. Antilochum. aiacem. ajax The'amonius. & ale  
xander mutuis vulneribus se occidere. Q ui etiam græco  
rum troianorum duces occidere. Litteris subter notantur  
achilles Euphenium. hippotum. Plebeum. asterium. Li  
conium Euforbium. hectorem. ménonem neoptolemus  
Pentesileam. Priamum ad tumulum patris Polixenam iu  
gulavit. Diomedes. Xandippum. Mestenm epistropum  
Orcomeneum assaricus genuit Capin. Capis anchisem.  
anchises aeneam. aeneas. aschanium.

Franciscus Fatagonius ad lectorem.

Iam sunt plena malis hæc tempora nostra nefandis:

Iam placet heu cunctis nocte dieq; scelus

Ferrea sanguineo sævit discordia mundo.

Pax abiit nusq; cernitur alma fides.

Ambitione trudi miseraq; cupidine rerum.

Labitur humanum tartara ad ima genus.

Fœda gomroteo iam putent sæcla ueneno

Hoc omnis uitio ducitur ordo uirum:

Credimus en sacros uerum eecinisse prophetas

Bellis igne fame sulphure cuncta ruent.


Finit historia antiquissima Dictys Cretensis atq; Da-  
retis Phrygii de bello Troianorum ac Græcorum in incly-  
ta urbe Venetiarum cum eximia diligentia impressa per  
Cristoferum mandellum de pensis kalendis Martii. M.  
CCCC.LXXXXIX. Laus deo & beate uirginis.


Registrum operis.

a b c d e f g h sunt quaterni. i uero  
est quinternus. Finis.









41

Biblioteka Jagiellońska

stdr0008621



